



Sammelband G.

Nr.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.



ANNUENTE REGIS AC LEGUM-
LATORIS SUPREMI CLEMENTIA!

Jurium Superioritatis Majestati competentium, quæ
aliàs Regalia vocari solent,

ASSERTIO,

Auctoritate & Consensu Nobilissimi Jctor. Ordinis
in almâ LL. Nutrice Guttulanâ,

PATROCINANTE

Speçtabili, Consultissimo atq; Excellentissimo
Viro

D^N. JOHANNNE BRUN-
NEMANNO, J. U. D. ET PP.

Inclutæ Facultatis Juridicæ p. t. Decano, Præ-
ceptore ac Meccenate suo submisso obser-
vantia cultu æviternum
demerendo.

RESPONDENTE

MARTINO HERTZBERG

Lipsiâ-Misnico.

Publicæ Eruditorum Disquisitioni ad diem 6. Mart. in Fano
Themidos horis solitis instituendæ proposita.

*Fridericus Imperat. Lib. 2. Feud. tit. 55. pr. de prohibitâ
Feudi alienatione.*

Imperialem decet solertiam, ita reip. curam gerere, & subjecto-
rum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat,
& singulorum status jugiter illæsus servetur.

Francofurti, Typis NICOLAI KOCHII, Acad. Typogr.

Anno, quo

pVgnæ fInIs aDest! paX VnDIqVe fLoret! ab orbe
sit LaVs, Vt par est, VsqVe parata Deo!



Viris

Reverendissimo ac Generoso, Magnifico, Nobilissimo, Excellentissimo
& Consultissimo,

DN. HENRICO à **STRASSEN** / Sen. Hæreditario in **Rö-**
thaw / etc. Serenissimi Electoris Saxon. Cancellario Dignissimo ac Consilia-
rio Intimo, Collegij Cathedralis Martispurg. Præposito Eminentissimo, Summiq;
Judicij Appellationum Præsidi Gravissimo.

DN. JOHANNI GEORGIO **SPYER** / in **Comitibz** /
Gosta / **Ditmarßdorff** / **Siehsch** & **Görden** / Jcto præcellentissimo, Comiti
Pal. Cæs. & Imperij Exempto, Sereniss. Electoris Saxonæ Consiliario Intimo.

DN. BURCHARDO BERLICHIO, Hæreditario in **Be-**
gefarth / etc. Sereniss. Electoris Saxonæ Consiliis & Secretis Camerae intimis.
Dominis Patronis ac Mecœnatibus cum Benevolis, cum omni cultuum genere
ætatem ac sanctè devenerandis.

S. F.

Stingeniosissimus ille Christianorum propugnator D. Augustinus unquam præclaris
quibusdam ac veritatem redolentibus verbis usus est, fecit certè, quando in subsequentiâ, Regna
nimir. justiciâ remotâ, aliud nihil, quàm magna, mera & vera latrocinia esse, prorupit. *Quæ*
verba, quàm rectè dicta sint, & quàm aptè ac convenienter nostro huic exulcerato prohi. seculo, quo
individua illa, ut cum Psalmistâ regio loquar, Hespero ac Lucifero formosioris justiciæ Amasia se nos
bis tandem reddit, ac emortuam penè Germaniam reditu suo jam nunc de novo quasi animat, appli-
cari possint, quis, quæso, extat, qui mecum id aliquantum non reputans, calculum suum meo inbitus
addat, & non gaudio vehementi motus ita exclamet? Cedant Arma Toga! Concedat Laurea
Lingvæ! Quo notatû memoratûq; dignissimo versu omnium Poëtarum Romanorum Aquila turpi-
tudinem Belli non solùm artificiosè depingere, sed & aurea Pacis Bonarumq; Artium utilitatem com-
mendare nobis maximè voluit. Nulla enim in hac immensâ Mundi machinâ potest esse fortuna,
quam noticia literarum gloriosa non augeat, quibus hominum immortalitas unice constat, & me-
moriam aternitas optimè fulcitur. Quare, quod hisce tribus, Justiciâ, Pace ac Literis, post Sacri
Verbi puritatem atq; dulcissimum liquorem beatius excogitari, ac generi humano conducibilius o-
ptari possit, nihil est! His florentibus ac salvis, Dî quidam mortalium aut Deorum filii, quoad vi-
ta felicitatem, nuncupari poterunt. Quia itaq; ingenii, quàm virium opibus gloriam quærere
rectius semper habetur, ac cessare, medioq; studiorum in cursu subsistere minimè æquum videtur, He-
roi illi Belgarum, aliisque in Orbe literato admirandis Viris aures meas non immeritò præbere,
& , ophiogenum psyllorumque sibilis posthabitis, ardua hujus celo cædroque digna materia onus,
exercitii gratiâ, animo alacriori resumere, atque illud Dei vestræque, Viri Magnific. Nobiliss.
& Excellentiss., bonitate ac favore fretus, apud Magnif. & Excellent. vestras, quibus me mea-
que penitus ferme ante biennium oppressa studia ut trado, sic & totum mancipio, tanquam grati-
tudinis & observantiæ certum pignus officiosè reponere, ac cum omnimodæ prosperitatis voto
consecrare devotissimè volui, debui

V. Magnif. & Exc.
devotissimè addictus Client

M. H. A. & R.

I. N. J. Pröemium.

Nobilis est in jure nostro Civili materia de Modo acquirendi dominij, de quâ in variis Juris nostri partibus agitur. Verum cum & Principi sua sint dominia, quæ variis titulis acquirit, non abs re faciunt illi, qui de modis acquirendi dominij Principi in specie competentibus sunt solliciti. Non equidem ignoro, Principi communes esse titulos cum privatis; Sunt autem nonnulli tituli speciales, de quibus tum in jure Feudali, tum etiam in jure Publico, tum in Politicis agitur. Cum igitur antea de modis acquirendi dominij egerim publicâ in disertatione, & verò plurima Majestatis jura seu Regalia, præsertim, quæ minora dicuntur, ita comparata sint, ut titulum acquirendi dominij suppeditent, operæ pretium me facturum arbitratus sum, si quædam themata de Regalibus ex jure, præsertim Feudali in publicum producam, eaq; publicæ, sed placidæ ventilationi subjiciam.

THEMA I.

Regalia (a) dicuntur à Rege, h. e. Imperatore Romano (b), quod Is solus jure suo (c) ea habeat, quamvis & exteris Principibus ea deneganda non sint (d).

a: Vocabulum hoc non pro feudis regalibus accipitur, cum feuda Regalia ab his nostris Regalibus juribus, de quibus h. l. sermo est, multum differant. *Rosenthal de feudis in proëm. cap. quinti. Schultzius in Synopsi feudali cap. 7. num. 10. & 11.* Sed pro juribus Imperialibus, seu ut aliàs vocant, pro juribus Majestatis, vel sacris sacrorum, quæ summo Principi in signum præ-

minentiaæ supremæ, in immensi laboris præmia & publicæ utilitatis commoda ad Imperii Majestatem & Dignitatem conservandam tendentia data concessa & reservata sunt. *Rosenthal d. cap. 5. concl. 1.*

b: per Regem passim in Jure feudali intelligitur Imperator Romanus, ut *lib. 1. feud. tit. 1. pr.* ibi Regis Capitanei. Et *tit. 26. pr.* ibi *si v. ad Regem non venerit.* Et alibi passim, quod etiam feudistæ notant communiter. Immò & in jure Civili Regale pro Imperatorio sumi testantur *l. f. pr. C. de LL.* ibi *regalem sensum & c. l. fin. C. de quadriennii præscript. vers. hoc n. est eorum,* ibi *regale culmen.* Quo sensu & Lex Regia dicitur. Et qui hodie in casum demortui Imperatoris, vivo tamen eodem, sufficitur, Rex apud Germanos vocatur.

c: quamvis enim Regalia quædam inferioribus quoque competant, non tamen hi jure suo Regalia usurpant vel exercent, sed ex concessione Imperatoris, de quâ infra suo loco. Ideoque ratione originis & Subjecti primi omnino Regalium nomen adhuc tuentur, quando inferioribus sunt communicata.

d: Eos tamen non propriè habere Regalia, non nemo scribit, quod non capio: Nam si Princeps & Civitates superiorem non recognoscentes Jura Superioritatis & jura Fisci habent, ut Imperator in Imperio M. Ant. *Peregrinus de jure fisci cap. 2. num. 44. & seq.* quo colore dicere possumus, ipsos non propriè habere Regalia? Disputent sanè, quàm diu volent, an Exteri Principes jure vel injuriâ se subtraxerint Imperio Romano, non tamen quicquam suis disputationibus efficient. Quos enim Ipsi Imperatores Romani & Status Imperii omnes pro Regibus & summis Principibus agnoscunt, de eorum supremâ potestate, & an jure se subduxerint, nostrum disputare non est.

II. Regalia definimus, quod sint jura (a) soli Supremæ Potestati (b), cuique Ea vel expressè vel tacitè concessit (c), insignum præminentiaæ, ad Imperii dignitatem & utilitatem conservandam (d) competentia.

a: per jura h. l. potestatem intelligimus aliquid vel faciendi, vel præcipiendi, vel permittendi, vel exigendi, vel possidendi

dendi aliquid, ut ex speciebus apparere ex *Bocero de Regalibus* cap. 1. num. 2. allegat *Georgius Schulz d. c. 7. n. 9.*

b: quamvis enim Imperatoris solius mentio fieri possit, quia tamen & aliis Principibus supremis ea competere diximus themate præcedenti, ideoque melius adhiberi putamus vocem Supremæ Potestatis, ut cæteros complectatur Principes, imò & Civitates ac Respublicas complectatur nullum superiorem recognoscentes.

c: nam Regalia expressè vel tacitè à superiori inferioribus concedi, ex dicendis apparebit. Cum jam dudum receptum sit, feudalia vel sola, vel cum feudis in feudum dari posse.

d: summus enim hic finis ac præcipuus, tum Reipublicæ, tum Administratorum ejus finis, & hoc summo fine dijudicandæ sunt quæstiones de juribus Majestatis occurrentes, quamvis in bene ordinatâ Republicâ jura illa Supremæ Potestatis ferventur potiùs, quàm discantur, ut bene indicat *Thuanus lib. 78. Historiarum*, Conventum Ordinum Gallix ab Henr. III. ad Germani fanum Anno 1583. indictum describens.

III. Dividuntur vulgò Regalia in Majora & Minora (a). Majora sunt, quæ non tam ad utilitatem Principis, quàm ad præminentiam, autoritatem & dignitatem pertinent. (b) Minora sunt, quæ maximè ad augendum fiscum pertinent (c).

a: est hæc communis divisio, quam amplectuntur *Rosenthal in Synopsi cap. 5. concl. 2. Obrecht in Tract. feud. lib. 2. cap. 3. num. 95. Zas. de feudis parte 5. n. 13. & seq. Sonsbec. in comm. feud. parte 8. n. 19. Vult. de feudis lib. 1. cap. 5. n. 7. & Borcholt. ad c. un. que sint regal. n. 3.*

b: Hac ratione enim Dd. illa communiter describunt, ut apparet ex allegatis *Schoneri lib. 1. disp. feud. 4. th. 19. lit. A. Rosenthal d. l. & Georgius Schulz dicto capite 7. n. 24.*

c: nam hæc magis in redditu consistunt & fructu, *Rosenthal d. c. 5. concl. 3. n. 6.* & ad ipsum fiscum augendum pertinent. *Georgius Schulz d. c. 7. n. 36.* & sunt pleraque omnia, quæ *in tit. 56. libri 2. feud.* recensentur, ut ex ipso titulo videre licet.

IV. Regalia Majora vel statum publicum ejusque gubernatio-

nationem concernunt, vel singulos. Illa pertinent ad Rem-
pub. vel gubernandam, ut potestas leges universales ferendi (a).
Magistratus ubivis locorum constituendi (b). Sententiam sine
appellatione exequendi (c) & monetam cudendi (d) Academi-
as erigendi (e) Comitia celebrandi (f) nundinas concedendi (g)
& constituendi vectigalia (h) nec non ferias generales (i) vel ad
Rempublicam defendendam, de quibus thes. seq.

a: per textum in § *sed & quod Principi placuit* 6. *Instit. de ju-
re nat. gent. & civ. l. 1. ff. de Const. Princ. l. fin. §. 1. C. de Legibus.*
Sed hæc potestas in Germanico nostro Imperio aliquantum est
restricta, adeò, ut Imperator non, nisi cum consensu statuum
Imperii legem universalem sanciat, ut ex Recessibus Imperii sa-
tis manifestè patet. Sed exindè Majestati Imperatoris nihil
quicquam decedit, ut Bodinus existimat, cum ipse *lib. 1. de Rep.
cap. 8.* fateatur, suo tempore patriis moribus invaluisse, ut E-
dicta Regia non antea vim habere viderentur, quam in Curia
Majore cujuscunque provinciæ patentibus portis promulgata,
& rogatione procuratoris Fisci, deindè curiarum consensione
fuerint comprobata. Ad hoc jus etiam pertinet jus interpre-
tandi leges ita, ut interpretatio ea jus faciat juxta *legem fin. C. de
legibus.*

b: id probatur per *c. un. lib. 2. feud. tit. 56.* quæ sunt Rega-
lia. Nam hæc potestas soli Principi competit, *l. un. pr. ff. ad le-
gem Juliam de ambitu.* Sed hoc de iis Magistratibus, qui vice
populi vel principis Romani jus dicunt, *l. 2. ff. de Albo scrib. t. §.
C. de divers. Reser:* nam in Municipiis creabatur Magistratus de-
creto Curialium. *l. 8. C. de defens. Civit. l. 17. C. de Episc. Audien-
tiâ à Collegio Decurionum l. 9. l. 6. l. 14. § ult. ff. de Muner. We-
sembec. in par. tit. de Magistratû. n. 4.*

c: *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non licet.* Ideoque ex hoc
Majestatis jure & hoc fluit, quod delegare possit causam ju-
dici cum clausulâ remotâ appellatione. *d. l. 1. Afflict. ad tit. feud.
quæ sint Regalia. n. 87. Sixtinus de Regal. c. 2. n. 9.* Oportet n. in
omnibus rebus aliquod extremum esse, in quo adquiescendum
est, & cum omnia finita sint, judicia infinita esse non oportet.

tet. Ac si maximè interdum fiat, ut Princeps benè latam sententiam in pejus reformet, aut iniquè judicet, tamè incommodum hoc aliis pluribus commodis in commune pensatur, & utilius est reip. ad extingvendas lites, paucis injustè oppressis appellacionis beneficium denegare, quàm multis calumniantibus querelarum januam aperire, ut ait *Petrus Heigius part. 1. quest. 10. n. 14. & seqq.* Hinc igitur morem illum appellandi à Principe malè informato ad meliùs informandum rejectum fuisse testatur *Andr. Gail. lib. 1. obs. 155. inf.* tum quod à judice ad eundem regulariter non appelletur, tum quod dici non debeat, Principem tot proceribus stipatum negligenter & inconsultè sententias suas proferre. Sanè si ad relationem inferioris quid rescripsit Imperator, & inferior juxta rescriptum judicavit, appellari potest, non tam contra Principem, quàm contra judicis calliditatem, ut habetur in *l. 1. pr. ff. quando appellandum sit*, qui textus in jus Can. relatus in *causâ 2. quest. 6. Can. biduum 29. circa finem § rursus.* Sed an ab Imperatore ad Pontificem Romanum datur appellatio? Ita volunt nonnulli, quos refutant *Job. Limnæus lib. 2. de jure publ. c. 9. n. 100. Dom. Ben. Carpz. in Disp. de jure ac privilegio de non appellando. cap. 1. th. 10.* Et cum Camera Spirensis concurrentem cum Imperatore jurisdictionem habeat, *Gail. lib. 1. Obs. 29. n. 3.* meritò nec à Camerâ ad Imperatorem conceditur appellatio, *Ord. Cam. parte 3. tit. 5.* Gaudent quidem & alii Principes atque Respublicæ privilegio de non appellando, & eo quidem vel absoluto & puro ut Electores omnes *per Aur. Bullam tit. 11.* hodie a. tantùm Electores ac Duces Saxonici & Electores Brandenburgici (quos hoc jus semper retinuisse, nec unquam amisisse contra *Heigium part. 1. quest. 4. n. 32. & Arumæum disc. 5. ad Auream Bullã concl. 13. rectè defendunt Dom. Bened. Carpz. d. Disp. th. 17. & Georg. Schulz in Synops. juris feudalis c. 7. n. 102.*) vel conditionato & ad certam quantitatem restricto, sicut Camera Imp: non nisi 50. florenos excedentem causam juxta *Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. und sonderlich setzen/ 1c.* vel ut postea in *Recessu Spirensi Anno 1570. §. als wir darumb 1c. placuit*, non nisi summa 150. excedat, vel ut tandem in *Recessu Imp. anno 1600 §. wie wol*

vol nun auch placuit non nisi summa 300. florenos excedat, ul-
lam causam recipit, quamvis ea summa in peculiaribus & singu-
laribus privilegiis statibus indultis fuerit diversimodè aucta:
Veruntamen ea privilegia à Summo Imperatore Principibus
& statibus fuerunt concessa, adeoque iis non proprio jure, sed
ex concessione Imperatoris Electores Archiduces &c, fruuntur.
d: hoc Jus cudendi monetam die Münz-Gerechtigkeit
inter Majora Regalia meritò refertur argt. l. 2. C. de falsâ mon. Zafiq
in Epitome feud. part. 5. n. 14. Sixtinus de Regal. c. 2. n. 28. & quos
ibi allegat Michaël Wendland disp. de Regalibus vol 5. disp. Basil. t. b. 10.
Et adeò hoc verum est, ut, qui privata auctoritate monetam cu-
dit, olim quidem à Lege Corneliâ de falsis coërceretur. l. qui fal-
sam 19. C. ad Leg. Cornel. de fals. sed hodiè vivi-comburio puni-
tur l. 2. C. de falsâ monetâ art. III. const. Crimin. Caroli Quinti;
qui verò monetam justam tondet, radit vel tingit per l. 8. C. ad L.
Cornel. de fals. si liber est, bestiis subjicitur, si servus, ultimo af-
ficitur supplicio, l. quicumque 8. ff. ad L. Corn. de fals. sed hodiè ar-
bitrio judicis pœnâ corporali vel pecuniariâ afficitur, juxta di-
ctum articul. III. Sed an, quod de Adulteratoribus monetæ in
jure nostro habetur, etiam in iis, qui aliorum Principum & Sta-
tuum monetas corrumpunt, locum habebit? Et meritò id af-
firmat Dom. Ben. Carpz. in Pract. Crimin. quest. 42. n. 37. Nam
cum dicti Principes non jure suo, sed ex privilegio Principis sum-
mi, & quasi vice Imperatoris hoc jure cudendi monetam in su-
is territoriis fruuntur & fungantur, ipsam Imperatoris Maje-
statem offendere videtur, qui circa monetam aliquid delinquit:
Id verò admodum videtur durum, quòd in dicto articulo III.
Ordinat. Crim. vivi comburii pœna etiam iis dictari videtur, qui
falsam & ab aliis adulteratam monetam dolo expendunt, ideo-
que veteres Scabinos moderationem petiisse à Serenissimo E-
lectoratus Saxonici Administratore Friderico Wilhelmo, refert
Carpz. d. q. 42. n. 28. & seq. Sed cum dictus art. III. se referat ad
consuetudinem & jus commune, ideoque ea constitutio benè
ex Jure Communi, quod eum rigorem temperat, explicanda erit.
per l. un. C. de stud. liber lib. II, & Ord. Cam. part. I. tit. 3. §. Des-
gleichen/

Gleichen/ ibi in Universitäten / welche zum wenigsten von unsern
Vorfahren Römischen Käysern und Königen letziger Käyserlich.
Majestät oder uns confirmiret etc. Sed quæritur, an etiam A-
cademiæ à solo Pontifice Romano erectæ pro veris Academiis
habendæ? Aff. hoc *Matth. Stephani, lib. 3. de jurisdict. part. 2. cap.*
2. n. 12. præsertim, cum & hæ tacitâ Imperatoris voluntate ere-
ctæ dici possint, & tempore foundationis Pontifici omnium o-
pinione hæc potestas tributa sit.

f: Comitiam sunt nihil aliud, quàm ordinum conventus, eo
fine instituti, ut de Reipublicæ utilitatibus consultetur. Atque
comitia ista sunt vel generalia, vel particularia. Universalia
vel generalia sunt conventus omnium Ordinum. Atque hæc
ab Imperatore indici, nullum est dubium, sed cum consensu Or-
dinum, præcipuè Electorum, quemadmodum id ex communi-
bus formulis Recessuum satis superque apparet, quod etiam
confirmat præmium Recessus Comitiorum Imperii celebrato-
rum anno 1641. ibi Nach dem wir 2c. vorderst uns erinnert/das zu
solchen außschreiben / unsere und des Heyl. Reichs Churfürsten /
und ein jeder derselben absonderlich vorher dem alten Herkommen
und weiland Käyser Carls des Vierdten güldenen Bull nach/umb
seinen Special-consens zu Außschreibung eines Reichs-Tages
schriftlich und durch Schickung ersuchet 2c. sed hanc requisitio-
nem tempore necessitatis, & ubi in morâ est periculum, omit-
ti interdum posse, ex sequentibus verbis apparet, id quod tamen
in consequentiam tractum non iri, sed necessitati temporum
hoc dandum esse, in sequentibus Imperator declarat. Particu-
laria Comitiam s. particulares Ordinum conventus variis ex cau-
sis instituuntur, v. g. Imperatoris eligendi causâ, vel de negotiis
certi alicujus circuli deliberandi, vel extra ordinem negotia
Imperialia expediendi, unde ea Wahl-Tage / Krenß-Tage / de-
putation-Tage 2c. vocantur. Et quamvis hæc universalia co-
mitiam non sint, ab Authoritate tamé Imperatoris, & hujus Legibus
universalibus hæc omnia dependent; sed ea ulterius persequi
instituti nostri ratio non patitur.

g: hoc Jus Nundinas tribuendi soli Imperatori compete-

B

re, ap-

re, apparet ex *l. I. ff. & l. un. C. de Nundinis*. Sed quæritur, an non Princeps inferior vel etiam Magistratus loci, si primus dies solennium istarum nundinarum in diem Dominicam incidat, possit initium nundinarum in diem sequentem transferre? Id quidem fortè non nemo negaret, quod Nundinas ab Imperatore ritè semel constitutas non liceat transferre, *Sichardus in l. unic. C. de Nund. n. 1. Matth. Steph. l. 2. de jurisd. part. 1. cap. 1. membro 2. n. 100. Georg. Schulz in Synopsi feudali c. 7. n. 117.* qui utuntur *c. translato 3. X. de constitut.*, quòd tamen parùm aut nihil facit ad hanc materiam, sed veriùs affirmatur quæstio. Præsupponimus a. Mercatum publicum jure Divino, *Nebem. c. 13. v. 15. & seqq. & alibi*. Et jure Canonico *c. 1. X. de feriis, & ibi Hostiensis & Abbas, & alibi* esse prohibitum. Jam ergo, si vel maximè enixè hoc vellet Imperator, ut die Dominicâ inchoaretur mercatus, non tamen obtemperandum esset Imperatori, sed Deo, præsertim cum aliàs ex vulgari Dd. sententiâ, quoties de peccato vitando agitur, potiùs Jus Canonicum sequamur, quàm constitutiones Imperatorum, multò magis id de Jure Divino dicendum. Imò & ferias universales condere soli licet Imperatori *per l. 4. C. de Feriis*: sed aliud est moderari, quando incipere, & quando debeant finiri feriæ, hoc enim & in inferioribus iudicibus & præsidibus licere colligunt ex *l. 4. ff. de Feriis & l. 7. pr. ff. de Offic. Procon. Specul. de feriis §. 1. n. 4. Wes. in par. tit. de Feriis n. 4. Hilliger in Don. l. 24. c. 7. lit. E.* Cur non igitur ex ratione Juris Divini Magistratui inferiori liceat moderari Nundinas ab Imperatore indictas? De privilegiis Nundinarum hic agendi locus non est.

h: Vectigalia nova constituere, vel præcedentia reformare, hisque vel addere, vel deminuere non licet ulli sine Imperatoris præcepto, *p. l. vectigalia 10. ff. de Vectigal. l. 3. C. Vectigalia nova institui non posse. c. innovamus 10. X. de censibus*. Ideo hanc potestatem constituendi vectigalia inter Jura Majestatis majora rectè collocant Dd. *Sixin. de Regal. c. 2. n. 29. Matth. Steph. de jurisdict. parte 1. cap. 1. m. 2. n. 93.* In Imperio nostro Vectigalia nova Imperator constituere, vel Statibus concedere non potest
sine

sine Principum Electorum consensu. N. U. de anno 1576. S wel-
ters sind wir auch 2c. cum seqq. Sed an Princeps vectigalia à Su-
premo Principe vel Imperatore concessa in alium locum trans-
ferre potest? Et negat hoc *Michaël Wendland in diss. de Regal.*
vol. 5. Basil. tb. 8 lit. a. si sc. hæc translatio in præjudicium sol-
ventium vectigal fiat, ex quo colligitur, si ea mutatio nullum
contineat mercatorum vel peregrinantium præjudicium, fieri
eam posse translationem, quod confirmat etiam regula in l. 2.
S. 5. in f. ff. de Aqua & aq. plu. arc: Ex quo obiter superior no-
stra sententia de determinatione initii Nundinarum compro-
batur.

j: Ferias Universales constituere solius Imperatoris est,
per l. 4. C. de Feriis. Et errat Wesenb: dum in par. tit. de Feriis n. 4. e-
am constitutionem ad Magistratus municipales restringit & ju-
dices pedaneos, quem refutat *Hilliger in Don. dicto lib. 24. cap.*
7. lit. E. Huc pertinet etiam potestas Calendarium reforman-
di, usurpata à Julio Cæsare, Carolo Magno &c.

V. Ad Rempublicam defendendam spectat potestas belli
gerendi (a) & armorum usus atque concessio (b) nec non pacis
sanciendæ (c).

a: Solus Imperator in Imperio habet Jus belli indicendi
& gerendi l. 3. S. eadem ff. ad Leg. Jul. Majest. l. neminem 17. C. de
Re milit. lib. 12. Apud Romanos Cato censebat revocandum
Exercitum & Cæsarem hostibus dedendum, quod injusu Popu-
li Romani bellum gereret in Gallia. Plutarchus in Cat. Uticen-
si & Jul. Cæs. Livius tot locis ostendit ad Populum Romanum
priùs fuisse referendum, si bellum gerendum esset. Sic Præ-
nestinis ex Sc. Populi jusu bellum indictum est. Liv. l. 16. Et
jusu Populi etiam Vestinis bellum illatum Liv. l. 18. & Æquis Liv. l.
19. Hinc & Gabinius Syriæ Proconsul, quòd sine Senatus Po-
puli que consensu bellum gessisset, exulare jussus est. *Appianus*
de bello Syriaco pag. 120. Necesitas tamen etiam Privatos inter-
dum ad arma suscipienda compellit. Hinc *Cicero Philip. 8.*
laudat factum Octavii Cæsaris, qui non expectato decreto Se-
natus bellum contra Antonium sponte suâ susceperat. Decer-

nendi enim belli tempus nondum venerat, belli autem gerendi tempus si prætermisset, videbat, Rep: oppressâ, nihil decerni posse. Et Scipio Nasica maximam laudem meruit, qui privatâ authoritate se ducem præbuit bello contra Tiberium Gracchum gerendo, *Valer. Max. lib. 3. c. 2.* Imò & in nostro Imperio in casu necessitatis Statibus Imperii in causâ defensionis, ubi jure experiri non licet, integrum est bello se defendere, modò priùs id Imperatori significant, ut per Recessum Imper. August. de anno 1555. *S. nach dem aber etc. S. im Fall aber /ic. S. und sollen in Ob- erzehlten ic.* Sed si extra casum necessitatis ac defensionis arma capiantur ab aliquo Imperii Statu, solent contra illum avocatoria sub poenâ banni decerni, & per nuncios Camerales insinuari *R. A. Spener anno 1529. S. und damit an solcher etc. R. A. zu Augsburg anno 1530. S. wo aber der Ord: Cam. part. 2. tit. 9. S. und ob Sich etc. Bened. Carpz. in Tract. de Lege Regiâ. c. 4. n. 15.* Imperatori ergò hoc reservatum est, ut possit pro salute publicâ bellum gerere, quamvis nec hoc Imperator absolutè possit, sed ex consensu Ordinum, maximè verò Electorum. *Sleid. lib. 1. hist. & Petr. Heig. lib. 1. quest. 12. n. 29.* quo facit capitulatio Cæsarea: *Wir wollen auch in oder außershalb des Reiches von desselben wegen keinen Krieg anfahren oder vornehmen etc. ohne Vorwissen / That und Bewilligung der Reichs Stände / zum wenigsten der 6. Churfürsten.*

b: Illud ex præcedenti sequitur, nam qui bellum incendi habet facultatem, is etiam habere potest arma fabricandi, etiam majora illa & officinas publicas habendi, in quibus arma fabricentur. Ita enim cum plerisque intelligimus vocem Armandiæ sive Armaniæ *in dicto tit. feud. quæ sint Regalia.* Nam tales officinæ sive publica Armifactoria, ut Imp. vocat *in Nov. de Armis 85. cap. 1.* erant solius Imperatoris, et Armifactoriæ nullus præponebatur, nisi à Principe *dicta Nov. 85.* & nulli licebat fabricare arma, nisi qui erat in collegio Fabricensium. Unde illæ officinæ armifactoriæ & fabricæ sacræ appellabantur *l. pen. C. de fabric. lib. 11. Sixtinus de Regal. c. 3. n. 8.*

c: Cui bellum gerere licet, eidem & pacis rationes inire licet.

licet, sicut etiam Imperat. in Nov. 105. in p̄f̄at. bellandi & pacifi-
candi potestatem conjungit, Et Majestati Summi Principis ma-
ximè omnium convenit curare, ut Pax in Imperio conserve-
tur illæsa, & amisæ recuperetur, salutem enim Reipubl. nulli
magis convenire creditur, nec alium ei rei sufficere, quàm
Cæsarem, ait Paulus l. 3. pr. ff. de off. p̄f̄. vigilum lib. 2. feud. tit. de
pace tenendâ 53. Et Imperatoris est, non tantùm mala & scan-
dala, sed etiam occasiones malorum & scandalorum è me-
dio tollere, argt. l. illicitas §. ne potentiores 2. ff. de officio p̄f̄idis
Gail. lib. 1. de pace publicâ. c. 3. n. 11.

VI. Singulos potissimùm concernunt Jura tribuendi
Dignitatem Regiam (a) Nobilitatem (b) Comitivam (c) Docto-
ratum (d) absolvendi à juramento (e) tribuendi veniam ætatis
(f) vel delictorū (g) restituendi famæ (h) Legitimandi (i) & sim.

a: huc pertinet Jus creandi etiam Electores, quorum o-
ctonarius numerus constitutus est proximâ Pacificatione Ger-
mano-Suecicâ, item Archiduces, Duces, Principes, Marchio-
nes, Comites, Barones, arg. tit. feud. de feud. March. vel Ducatus
lib. 1. feud. tit. 14. tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes & c. 2. feud.
10. Rosenthal de feudis cap. 5. conclus. 2. n. 3. Vultei. lib. 1. feud. cap.
5. num. 7. Georg. Schulz in synopsi feud. c. 7. n. 58. ubi & Barones
huc pertinere evincit: Sed de hujusmodi dignitatibus & earum
origine ac muneribus h. l. prolixius agere nostri instituti non
est.

b: l. sacrilegiis C. de divers. Rescr. l. quoties 3. §. viros autem 2.
C. ubi Senat. Atque hoc quidem Jus inter alia ita proprium est
Imperatoris, ut aliis Principibus ne quidem in suis Provinciis
nobilitatem aliis conferre possit, ut ex Sixtino de Regal. l. 1. cap.
5. n. 123. tradit. Dom. Conr. Carpz. in Diss. de Regal. tb. 26. ubi ta-
men Archiducibus Austriæ id ex speciali privilegio competere
tradit. Illud communi Doctorum calculo videtur receptum,
Imperatorem indulgere posse, ut homo novus seu talis, qui pri-
mus in suâ gente nobilitatem consequitur, non obstante le-
ge ludorum Equestrium ab Heinrico I. f. Aucupe latâ, ad
ludos Equestres admittatur, de quâ communi sententiâ testan-

tur *Carpz. dicto loco & Georgius Schulz dicto cap. 7. n. 62. & seq.*
c: Comites Palatini hi sunt, qui habent facultatem creandi Doctores, legitimandi liberos naturales, creandi Notarios, & similia. Et horum potestas ex tenore privilegii æstimandus & dijudicandus est. *c. porro 7. X. de privileg.* nam quæ sunt reservata Principi, nemini competunt, nisi alicui specialiter & nuncupatim concessa sint, *Gail. lib. 2. obs. 142. n. 3.* Et quamvis Princeps in feudis antiquis, in quibus agnatis ex pacto & providentiâ primi acquirentis jus quæsitum est, liberos illegitimos ad feudi successione legitimum possit, juxta Canonistas *in cap. qua in Ecclesiam X. de constit.* quos refert *Gail. dictâ obs. 142. n. 12.* non tamen id comiti Palatino competit. Imò ea quæ absolutæ potestatis sunt, & quæ de plenitudine potestatis Principi competunt, non putaverim⁹ Comiti Palatino ab Imperatore concedi facile posse, quia, ut Princeps aliquid faciat ex plenitudine potestatis, requiritur scientia ipsius Principis, & periculi res plena esset, hanc potestatem aliis, præsertim generalî privilegio concedere. Et hoc Jus Palatinorum ut transmissibile in hæredes non est, nisi rarissimè (quale exemplum de Johanne Cratone à *Krafftheim* Trium Imperatorum Archiatro & Consiliario referunt, quod hæreditariam hanc dignitatem acceperit à Maximil. 2. Imper. ita nec à Comite Palatino alii cedi potest aut delegari, ut ex *Lancellotto in templo omnium judicium, lib. 1. cap. 1. ad verb. comites Palatinos n. 4. tradit Contr. Carpz. d. th. 27. in f.*

d: Huc pertinet facultas creandi Licentiatos, Magistros, Baccalaureos, Poëtas Laureatos & Tabelliones s. Notarios publicos. Et quamvis pleriq; illi honorum gradus etiam ab Academiis conferantur, hoc ipsum tamen Jus Academiae habent beneficio Imperatoris. Hinc est, quod pleræq; Academiae promovendum præsentare Patrono vel Episcopo ex lege foundationis ab Imperatore præscriptâ tenentur; sicut etiam in nostrâ Academia Licentia promovendi Doctores ac Magistros à Serenissimo Electore nostro, ut Academiae Patrono ac Episcopo peti debet, quod ipsum Experientia docet. Sed Bac-
calau-

ē laureatum à Regalibus excludere vult *Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 7. lit. A.* quem tamen ibidem notat *Bachovius in notis, & Contr. Carpz. dictā disp. Th. 29.* quod ad Tabellionum creationem attinet, possunt quidem & hi etiam à Principibus inferioribus creari, sed eorum authoritas non ita est generalis, & duntaxat in eorum Principum territoriis tales Notarij officium suum exercere possunt, per tractata *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 5. n. 7. & Contr. Carp. d. disp. Th. 30. aliq.*

ē: Hęc de re minùs convenit Canonistis cum aliis JCtis: Nam illi hoc Jus ad Pontificem vel Magistratum Ecclesiasticum referunt. Et horum etiam vestigia premunt illi ex *l. Civ. Doctoribus*, quos *Berlich. part. 2. concl. 44. n. 4. allegat.* Alii verò Imperatori hoc tribuunt, quos allegat *Berlich. d. l. n. 3.* Fatendum hic est, hanc causam Jure Canon. ad causas Ecclesiasticas referri, per *can. novit. 13. X. de Judic. c. venerabilem 34. X. de Elect. & c. 1. de foro compet. lib. 6.* Sed illud certum, hoc Jus etiam Impp. competere per *l. fin. ff. ad Municip. l. 6. in fine ff. de jure patron. & sim.* Et quamvis hanc causam ad se Pontifex Romanus traxerit, connivente Imperatore, non tamen existimandum est, Imperatorem ideò hoc Jus abdicasse, & ei renunciasse, præsertim, cum Imperator cum Statibus Imperii, Camera Imperialis Assessoribus hanc potestatem relaxandi & absolvendi à Juramento permiserit, & communicaverit. *Ord. Cam. part. 2. t. 24. Gail. lib. 1. obs. 25. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 150.* Quod facere non potuisset Imperator, si hanc potestatem non habuisset per notissimam regulam juris *Quod nemo plus juris in alium transferre possit, quàm quod ipse habet.* Consuetudine etiam invaluit, ut Principes, præsertim Evangelici, ipsi hęc potestate utantur, quod, an, ut aliorum regalium exercitium ab Imperatore communicatum agnoscunt, an verò, ut Jus Episcopale beneficio Pacis Religiosæ habeant, dubitare licet. Sed non absurdè utrumq; licet conjungere. Verùm quæ hactenus de Absolutione dicta sunt, ita sunt intelligenda, quòd tantùm Principi aut Præsuli concessum dijudicare, an juramentum sit licitum ac obliget, cum aliàs nulli mortalium hoc fidei & reli-

& religionis vinculum, quo ipsi Numini se quis obstrinxit, dissolvere concessum, cum & naturale sit, ne alius solvat, quàm qui ligavit, *l. 35. de R. J. ut rectè Wesembecius in par. tit. de jurejur. in fine, & Hill. in Donell. lib. 21. cap. 13. lit. y. ex Philipp. Melanchthone & alijs.*

f: Hoc jus ad Regalia & Reservata Imperatoris pertinere, probatur ex *l. 1. & 2. C. de his, qui veniam ætatis impetraverunt.* Et testantur *Matth. Steph. lib. 2. de jurisdic. parte 1. cap. 1. membr. 2. n. 137.* Ubi exempla ejus rei proponit & *Conr. Carpz. Disp. inaug. Th. 33.* præscribitur autem in *d. l. 2.*, ut ille, qui veniam ætatis desiderat, si masculus sit, annorum 20. metam impleverit, fœminæ v. annum 18. egressæ fuerint. Sed hanc restrictionem temporis adeò strictè non observari, testatur *Matth. Steph. d. l. n. 137.* Debet autem probari vitæ morumq; honestas 5. testibus, per *d. l. 2. in pr.* Et tribuit hoc beneficium imperiale minorennibus minoribus hoc jus, ut à curatelâ liberentur, rerumq; suarum administrationem recipiant, atq; in omnibus pro majore habeantur *l. 10. C. de Appellat.* præterquam in ijs negotijs, in quibus decreto speciali est opus, unde immobilia alienare sine decreto non possunt, cum nec curator facere hoc poterit, *d. l. 2. §. 1. C. de his, qui veniam ætatis & c.*, nisi & hanc potestatem minor specialiter impetraverit, *l. 2. C. quando Decreto non est opus.*

g: Hoc jus de reservatis principis esse, apparet ex *l. 1. & tot Tit. de sententiâ passis & restitutis, l. ult. C. de gener. abolit. l. 1. §. 10. ff. de postul.* nam remissio hæc pœnæ per sententiâ dictatæ à judice, licet merum imperium habente, fieri nequit, per *l. servos §. fin. C. ad L. Juliam de vi publ. l. fin. in fin. C. ne sanctum baptismum iteretur.* Sed an in homicidio doloso Princeps etiam supremus remittere pœnam homicidij capitalem potest? Hoc rectè post Joh. Baptist. plot: negat *Prosper Farinac. lib. 1. pract. cum. quest. 6. n. 15. & s.* nam Princeps humanus DEO inferior non potest mutare aut tollere jus à DEO constitutum, *C. cum inferior X. de Majorit. & Obed. c. super eo X. de usuris & alios textus, quos n. 17. allegat Farinac:* Jam verò Divina Lex est ante
Mosen

Mosen lata, quicumq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius *Gen. 9.* Idem præcipitur *Exod. 21. & Deut. 19. & alibi.* Sed in alijs criminibus, quæ Lege humanâ capitalia sunt, Principem poenam remittere posse certum est. Sed quid si merû imperiû inferiori sit concessû, ane etiam hæc facultas concessa videtur? Rectè hoc negat *Farinac quest. 6. n. 4.* nisi inferior sit Princeps, Dux, Marchio, &c. Nam his etiam hanc potestatem collatam esse testatur *Farinac d. quest. 6. n. 7.* Sicut etiam hoc Regale à Principibus Imperij exerceri in propatulo est. Sed accuratè attendendum est Principi, ne hac sua potestate abutatur, si purum à scelere regnum cupiat. Neq; facile Princeps hanc potestatem inferiori concedit. Ideò Carol. V. Imp. quamvis senatui Mediolanensi omnia ferè jura concessisset, duo tamen hæc excepit: 1. ne possit delictorum veniam tribuere. 2. ne literas salvi conductus sive pacis publicæ reis daret, *Bodin. de. Rep. lib. 1. cap. 8. & 10.*

h: Potestas hæc à præcedenti meritò separatur. Nam aliud est generaliter poenæ gratiam facere, & aliud famæ restituere *l. generalis 7. C. de sentent. passis & restit. Farinac. quest. 6. n. 45. Sfortia Oddus de Restit. in integ. parte 2. quest. 94. art. 4.* Hæc fanè restitutio famæ regulariter à quolibet iudice fieri nequit *Sfortia Oddus parte 2. de Restit. quest. 92. n. 20.* Sed jus illud tantum Imperatori tributum *l. 1. §. pen. ff. de postulando.* Sed an Principes alii superiorem recognoscentes famæ restituere possunt? Videtur id negare *Oddus d. q. 92. art. 9. n. 91.* ubi distinguit inter Principes Superiorem recognoscentes & non recognoscentes. Sed id affirmat *Dn. Conr. Carpz. d. Diss. Inaug. tb. 35.* ubi tamen ex *Peregrino in tract. de jure fisci lib. 1. tit. 2. n. 54.* id intra limites territorii regni vel jurisdictionis coërcendum esse docet. Id video communibus calculis Doctorum receptum esse, quòd infamia facti à Principe etiam tolli non possit per allegata *Farinacii d. q. 6. n. 45. Carpz. d. l. & Hilliger in Don. lib. 18. c. 6. lit. 1.* Sed id alii ita declarant, quod tamen Princeps effectum infamiæ facti, qui in jure consistit, abolere possit, quos allegat, sed refutare nititur *Sfortia Oddus d. q. 92. art. 4. n. 36.*

C

Verùm

Verum ratio illius nullius est momenti, cum non sequatur infamiae facti effectus in jure consistit & aboleri potest: Ergo est infamia juris. Nam etiam infamia facti suos habet in jure effectus, de quibus agit *Wesemb. in tit. de his, qui not. infam. n. 8.* quos effectus in jure consistentes cur Princeps non possit aboleri, non apparet firma ratio in contrarium.

i: Hanc potestatem ad jura Majestatis referunt *Gail. lib. 2. Obs. 142. Rosenthal de feudis cap. 5. Concl. 2. n. 4. Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. parte 1. cap. 1. membro 2. n. 122. & alii per Nov. 19. cap. 9.* ubi haec habentur hujus legitimationis requisita, i. ut nulli extent liberi legitimi seu justii: Nam his jus quaesitum per Principem etiam tolli non potest, 2. ut muliercula illa liberorum illegitimorum mater in uxorem duci non potuerit. Nam si eam uxorem habere potuit, non opus est extraordinario remedio. Sed an non mortuo parente in agnatorum praedictum, si eorum in precibus facta mentio, liberi a Principe legitimi possunt? Distingvendum est ita, aut Agnati nondum adierunt haereditatem, & tunc affirmanda est quaestio, quia jus ad eundem haereditatem non videtur esse in bonis nostris, *l. pretia rerum 63. ff. ad L. Falcid. Crotus in repet. legis. Gallus §. & quid si tantum n. 133. & 135.* Aut Agnati adierunt haereditatem, & tunc licet realiter nondum apprehenderint possessionem, in eorum tamen praedictum legitimatione liberorum illegitimorum fieri nequit, cum aditione acquiratur haereditas, quae acquisita a Principe auferri nequit. *arg. l. 4. C. Emancip. & ita sentiunt Crotus d. l. & Galiaula in repet. d. §. & quid si tantum n. 95. Hieron. de Cavallos in speculo Commun. opin. ; quest. 679.* Vivo sane parente & id petente, quin Princeps etiam non citatis iis, qui alias ab intestato successuri sunt, liberos illegitimos legitimize possit, non est dubium, cum frustra citetur ille, qui si praesens esset, actum impedire non potuisset, *Boer. decis. 122.* sed mortuo patre, & ubi hujus voluntas cum viveret, non praesens sit, verius est, legitimationem ne quidem ab Imperatore fieri posse regulariter, nisi citatis iis, qui ab intestato sunt successuri, *obl. pen. ff. de Natal. Restit Jason, in d. l. Gallus §. & quid si tantum n. 141. Et. 143.*

VII. Regal

VII. Regalia Minora duplicis videntur esse generis. Alia n. jure superioritatis Principi debentur, non tamen ex delicto (a), alia v. ex delicto ei debentur (b). Illa iterum sunt vel Ordinaria (c), vel extraordinaria (d).

a: Minora Regalia supra ea esse diximus, quæ maximè ad augendum fiscum pertinent. Non autem hîc nobis sermo est de iis, quæ fisco ex vero contractu debentur, aut ex quasi contractu. Nam maximè in cōtractib9 verū est illud, quod fiscus, ubi privilegiatus non est, jure privatorum utatur *l. idem juris 12. ff. de Compensat. l. fin. C. de fiscal. usuris, l. de Contractu, 3. C. de Rescind. Vendit. l. cū vitiosè 25. ff. de pig. & simul.* Sed ea hîc intelligim9, quæ ob usum rerum publicarum ex privatorum potissimum bonis Principi debentur, tum, ut Respublica nervo suo non destituatur, & commodè administrari possit, tum, ut Principi, cujus vigilantia totus Reip. status custoditur, digna pro labore merces tribuatur, *Tobias Paurmeister de jurisd. Imp. Romani lib. 1. cap. 4. n. 34* quamvis autem subsidium hoc in Imperio Romano valde debilitatum videatur, cum Regalia minora pleraque Statibus Imperii communicata sint concessione vel præscriptione, non tamen propterea periclitari existimat Imperium Romanum, *Dom. Ben. Carpz. in Disp. de Regalibus inaug. th. 47.* Imperij Ordines Regalem Dignitatem habentes, quoties vel in Cæsaris, vel Stat9 alicujus persona mutatio contingit, investituram petere, & certam quantitatem pro investiturâ solvere teneantur, *Ben. Carpz. d. l. th. 47.* Adde, quòd in necessitatibus Imperii Principes extraordinariis subsidiis imperio succurrere debeant & soleant.

b: Delicta ut puniantur, Reip. interest, *l. ita vulneratus, ff. ad L. Aquiliam.* Delicta autem puniuntur vel à judice inferiore, & hæc pœnæ pecuniariæ hodiè ad Regalia non pertinent, sed eæ demum, quæ fisco debentur, de quibus passim de jure fisci, & præsertim *in tit. feud.* quæ sint Regalia, agitur.

c: Ordinaria sunt, quæ certam & regularem ac uniformem præstationem habent *l. 6. §. 4. ff. de muner. & honor. l. fin. C. de omni agro deserto, l. 5. C. de Annon, & Tribut. lib. 10.* Non

quidem diffiteor, laxam nimis hujus vocis significationem, nec etiam diffiteor, munera ita atq; onera solere distingui, sed nulla est ratio urgens, cur non etiam Regalibus minoribus iis, quæ in exercitio delictum non præsupponunt, hæc divisio non possit adaptari.

d: Extraordinarium quid sit, ex dictis patet, quod sc. non habet uniformem ac regularem præstationem, sed ob publicam necessitatem ac utilitatem interdum exercetur vel exigitur *juxta l. sed etsi 26, §. si feria 7. ff. ex quibus causis majores &c. Regn. Sixtinus de Regalibus. lib. 2. cap. 14, n. 12. & quos allegat Caspar Klock de contribut. cap. 2. n. 7.*

VIII. Ordinaria Regalia minora sunt jura percipiendi aliquid ex viis publicis (a), portibus (b), fluminibus (c), piscationibus (d), salinis (e), & demum jus inhabitandi palatia Imperialia (f).

a: Viæ publicæ inter Regalia minora referuntur, non quatenus Imperatori jus est cogendi cives, ut eas tutas reddant, *Benedict. carpz. d. Diss. Th. 50.* sed quatenus redditus omnes, qui ex viis publicis dependent, ad fiscum pertinent. Sunt autem viæ publicæ redditus duplices, alij extraordinarij, qui percipiuntur ex jurisdictione, de quibus suo loco. Alij Ordinarij, qui ordinariè ratione publicæ viæ præstantur, & hi potissimum sunt vectigalia, propterea hæc inter minora Regalia etiam referuntur, non quatenus instituenda vel augenda (hæc ratione enim ad majora pertinent) sed quatenus instituta fiscum Principis locupletant. Atq; hæc summâ æquitate nituntur: quid enim æquius est, quàm ut is, qui in nostro territorio aut ex nostris quæstum fecit, suasq; facultates ampliores reddidit, Principi aliquid pendat, *Boterus lib. 7. pol. ill. cap. 4.* Accedit altera ratio, quod Princeps viarum securitatem præstare tenetur, & curare ea, quæ ad securitatem viæ pertinent, quò videlicet à latronibus, plagarijs, prædonibus, alijsq; ejus farinæ hominibus viæ liberentur, nec infestentur *arg. l. 1. §. quies 12. ff. de præfecto urbis l. præses. 3. l. congruit 13. ff. de Offic. præsidis,* adeò, ut si iter facientes regiâ viâ incedant & deprædentur,
Prin-

Princeps damnum resarcire teneatur *per constitutionem Imperij in Comitij August. Anno 1559. §. Damit dann die Obrigkeit &c. per tradita Gailij lib. 2. Obs. 64. & quos magno numero adducit Georgius Schults in Synopsi feud. cap. 7. n. 135.* quamvis autem ex mercibus venalibus nomine vectigalis octava pars exacta fuerit, undè dictum octavarium vectigal, *l. 8. C. de vectigal.* hodiè tamen ab eà quantitate per consuetudinem recesserunt, ut testantur Sichardus ad *Rubr. C. de vectigal. n. 8. Bened. Carpz. d. Disp. Tb. 89.* illud sanè liquidi juris, quod vectigal ex ijs saltem rebus, quæ negotiandi causâ invehuntur & evehuntur, de quibus *in l. f. §. 7. ff. de vectigal.* & de rebus venalibus solvendum sit, *per l. 6. in f. C. d. t.* quas verò res quis ad usum proprium (est autem ille etiam proprius usus, qui familiæ deservit) vel ad fiscum infert, vel colendi ruris gratiâ revehit, *l. 5. C. d. t.* ex à solutione vectigalium sunt immunes; Interdum tamen ob magnam in pontibus vel aggeribus contra impetum fluminis sustendendis difficultatem, vel aliâ summa necessitate urgente, singulare privilegium Statibus concedi solet, ne ulli homines, nec res ullæ à solutione vectigalium sint immunes, ut ex Sixtino & Bocero exemplum Argentinensis urbis allegat *Bened. Carpz. d. Disp. Tb. 91.* Ex viæ publicæ Regali fluit etiam jus constituendi & confirmandi cursus publicos seu postas, de quibus *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. n. 42. Matth. Steph. de Jurisdic. lib. 2. parte 1. cap. 1. membro secundo. n. 110. Schults d. l. n. 142. & Bened. Carpz. d. l. Tb. 53.*

b: Ex portibus n. sive navium statione fisco Imperatoris aliquod vectigal seu portorium debetur, de quo *in l. 17. §. 1. ff. de V. S.* portus enim est locus conclusus, quo merces importantur & indè exportantur, quoq; naves stare tutò possunt, *l. 59. de V. S.* Quamvis autem *Vultejus lib. 1. feud. c. 5. n. 7.* portum h. l. intelligat tale vectigal, quod pro transitu per pontem vel in portu solvitur, non tamen puto vectigal illud, quod pontem transeuntibus solvendum est, intelligi posse, cum significatio ista vocis planè repugnet.

c: Flumina navigabilia, & ex quibus alia fiunt navigabilia ad jura fisci pertinere probat textus in *c. un.* quæ sint Regalia

galia lib. 2. feud. 56. Rosenthal de feud. c. 5. concl. 23. n. 1. quatenus
sc. omnis utilitas ex decursu fluminum perveniens ad Impera-
torem, eumve, cui Imperator concessit, pertinet, post alios
Georg. Schulz d. c. 7. n. 144. ubi n. 145. cum Sixtino etiam alveum,
quousq; flumini publico deservit, ad hanc classem Regalium
refert. Et huc etiam referri possunt Ripatica, d. c. un. que
sint Regalia, per quæ intelligunt vectigal, quod navigantes per
flumen publicum ob id solvunt, quod ripam nave appellant,
& ad eam morentur consistantq; aliquandiu. Bocerus de Regal.
c. 3. n. 136. & Carpz. d. l. Th. 93.

d: Piscatorum reditus sunt vectigal piscatorium, quod ob
Piscationem, quæ in mari & fluminibus fisco Imperatoris præ-
statur, Bocerus d. c. 3. n. 141. & Georg. Schulz d. c. 7. n. 179. nec
opus est, ut hic cum Cujac. in. d. c. un. que sint Regal. legamus pi-
cariarum pro piscationum. Neque ulla nos ad id compellit
necessitas.

e: d. c. un. que sit Regal. sed quid per reditus salinarum
intelligendum sit, quæritur, & Dd. quidem commun. vectiga-
lia salinarum intelligunt. Alii a. omnes reditus salinarum,
etiam si in privatorum prædiis inventæ fuerint, intelligunt. Il-
lis favet hæc ratio, quod jure Romano etiam privatis salinas
possidere licuerit. l. forma. 4. §. salina 7. ff. de cens. his v. favet.
Aurea Bulla tit. 9. que salinas ad Regalia referre videtur, ibi auch
Salzes / das gefunden ist und noch gefunden wird etc. illorum
sententiam si sequamur, ad hanc th. salinae pertinent, si horum,
ad sequentem th.

f. Per Palatia ipsa a. intelligunt Aedes in usum Impe-
ratorum exstructas, & ab omni privatorum usu & communi
habitatione exceptas l. ult. C. de Offic. Rect. provinc. l. quicumque
17. C. de operibus publicis, l. un. C. de Palatiis & Domibus domi-
nicis lib. 11. tit. 76. nisi inhabitandi jus specialiter id alicui con-
cedatur per d. l. quicumque. Et talia Palatia hodiè etiam
in civitatibus quibusdam Imperialibus reperiri notum est, ut
Norimbergæ, Aquisgrani, Goslariæ &c. Sicut etiam Norimber-
gensis palatii mentio fit in Aurea Bulla C. 4. tit. 9.

IX. Regalia minora, de quibus in præcedenti th. actum,
ut plu-

ut plurimum ordinariam quantitatem habent. Quæ a. quantitatem ordinariam non habent, nec tamen ex delictis oriuntur sunt i. Angariæ & Parangariæ, (a) omnesque extraordinariæ collationes (b), metalli fodinæ (c), jus venandi (d), jus occupandi bona vacantia (e), thesaurum vel ejus partem (f) & similia.

a: De his etiam agitur in allegato sæpè titulo, quæ sint Regal. quid v. sint, mirè variant atque discrepant *Dd.*, communiter definiunt Angarias, quod sint munera patri monialia seu realia, sive, (ut alii volunt,) mixta, quibus præstantur transvectiones armorum vel aliarum rerum in qualibet publicâ necessitate sive terrâ sive mari, sive in flumine & simil. Quæ sit a. specifica differentia, quâ Angariæ à Parangariis differant, variant etiam mirè *Dd.* Nos id in medio, cum ad historiam pertineat, relinquimus, nobisque sufficere arbitramur, quòd Angariæ & Parangariæ sint munera, quæ in expeditionibus Imperatorum à Subditis præstabantur, ut apparet *ex l. fin. §. 21. ff. de muner. & honor. l. 11. ff. de vocat. mun. l. 2. C. de quibus muneribus vel præstat. nemini se liceat excusare lib. 10. l. 2. C. de prepositis sacri cubic. lib. 12.* quibus respondent, hodiè servitia illa, quæ Imperatori expeditionem suscipienti debentur. Et hæc servitia hodiè ex concessione feudi etiam inferioribus competunt, daß die Unterthanen mit Wagen-Pferden/ Schiffen etc. der Obrigkeit dienen müssen / ubi sc. hoc receptum. Quæ servitia sunt vel definita vel indefinita. Definita seu determinata sunt, quando certis diebus tantum comparere habent necesse; sed quaeritur, quando Dominus servitia nova à subditis præstita esse allegat, subditi v. per metum ea extorta esse dicunt, pro quo militet præsumptio? Et pro subditis militare præsumptionem statuimus *cum Boërio decis. 132. n. 4. & Matth. Coleropart. 1. de Process. Execut. cap. 9. n. 58. & quos illi allegant.* Atque idèò Magistratui incumbit probationis onus, ea servitia liberè præstita esse. Sanè licet indeterminata sint servitia, ad superiorum tamen officium pertinet, ut provideant, ne Dominorum arbitria in cyclopicam servitiam transeant, ac subditi assiduis operis angariis & parangariis ita graventur, ne suppetat eis tempus

pus se & suos alendi *Gail. lib. 1. obs. 17. & Matth. Colerus d. c. 9. n. 58.* Et debent subditis dari mandata sine 'clausulâ. *Gail. d. l. n. 1.* Imò ob abusum horum servitiorum nimiamque asperitatem ac sævitiam Dominorum eos imperio ac potestate à superiori privari posse, jamdudum receptum est *per tradita Baldi in l. si Dominus 2. §. Dominorum ff. de his qui sui vel alieni juris per di-*
ctum textum. Guid. Papa decis. 62. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 13. n. 56. & plures allegans Bened. Carpz. lib. 1. Responsorum. Resp. 53. n. 22. & seqq. Imò superior, licet non imploratus, ex officio tamen providere debet, ne subditi indebitè & plus æquo vexentur. *l. illicitas. §. ne potentiores ff. de Offic. presid. Gail. d. obs. 17. n. 7. & Carpz. d. Resp. 53. n. 9.*

b: Hoc enim jus collectandi vel indictiones exigendi jure Regal. competere per *l. placet §. C. de Excusat. mun. l. un. C. de Superind. §. illicitas tit. de pace tenendâ inter subditos lib. 2. feud. tit. 53. & d. c. un., quæ sint Regal. ubi Dd. & Rosenthal cap. 5. concl. 74. Tiraq. de jure primogenit. quest. 69. n. 7. Köppen q. 32. n. 4. & 8. Cassp. Klock in Tract. de contribut. c. 3. n. 137. & multis seqq.* Sed distinguendum est inter jus collectandi & Executionem collectarum à Superiore impositarum, nam licet illa ad jura Majestatis pertineat, hæc tamen ad eum, cujus jurisdictio est, spectare solet, teste Gylmanno, quem citat *Klock. d. c. 3. n. 167.* Sed plura de hoc jure scribere instituti nostri non est, de quo *d. l. & cap. seq.* prolixè & eruditè agit *Dominus Klockius.*

c: Metalli fodinas enim intelligunt Dd. per Argentarias, quarum fit mentio *in d. c. un., quæ sint Regal.* explosa Eguinarij Baronis sententiâ, quasi per Argentarias intelligeretur jus constituendi mensas argentarias *Rosenthal de feudis c. 5. concl. 88. Vultej. de feudis c. 5. n. 7. Et quos citat. Bened. Carpz. d. Disp. Tb. 59.* Sed circa has Auri, Argenti &c. fodinas triplex occurrit opinio. Alii n. has ad Regalia referunt, si in loco Cæsaris reperiantur, alii v. ubicunque locorum reperiantur, Alii v. ratione decimæ vel alterius portionis fisco debitæ, quam sententiam ultimam receptoribus votis receptam testatur Rosenthal. Nos hæc in parte consuetudinem consulendam putamus, & quidem
in Ger

in Germania passim fodinas metallicas de cōsuetudine Regalibus adnumerari probat *Carpz. 2. d. disp. Th. 61.* unde etiā *Car. 4. Imper. in Aurēā Bulla cap. 3.* Electoribus auri, argenti, cupri, ferri, plumbi alteriusq; metalli fodinas tam inventas, quā inveniendas concedit. In territorijs autem Electorum & Ducum Saxoniae ista consuetudo videtur limitata, teste *Carpz. d. l. Th. 62.* si quis enim ab Electore vel Duce Saxoniae de feudo aliquo cum mero mixtoq; imperio investitus sit, & in eo fodinae reperiantur, atq; in ipso metallo æs, stannum aut plumbum vincat aurū argentumve, quod æri stanno plumbove admixtum est, cedit lucro Vasalli, adeò, ut non tantū ipsos proventus, sed etiam decimas cœteraq;, quæ aliàs fisco debebantur, retineat; Quod si v. Aurum Argentumve, seu copiā seu valore superet commemorata viliora metalla, omnis utilitas Principi cedit. *Arum. ad d. c. 5. Aur. Bull. & Carpz. d. l.* Et si etiam salinarum proventus atq; redditus alicubi Principi in solidum debeantur, & salinae ad hanc classem Regalium minorum & ad hanc Th. erunt referendæ, quā de re meritò consuetudo consulenda.

d: Non sumus nescij, variè hâc de re disputari. Sanè nisi in clarâ luce oculos claudere voluerimus, nihil veriùs, nihil manifestiùs esse ait *Heigius part. 1. q. is. n. 44.* Idq; exemplis probat *Carpz. d. l. Th. 64.* Sanè si consuetudinē consulere velimus, nemini videm⁹ permissum esse etiā in proprio venari, nisi id à Principe sit concessum expressè vel tacitè, *Carpz. d. l. & lib. 1. Resp. 44. n. 10. & Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. parte 1. c. 7. n. 444.*

e: Hæc ad Regalia referri patet, ex *d. c. un. quæ sint Regalia. l. 1. 4. & fin. C. de bonis vac. l. fin. C. de petit. bon. subl.* Bona vacantia autem relinquuntur ab eo, qui neq; ex testamento, neq; ab intestato, vel ullo juris titulo reliquit heredem aut bonorum possessorem *d. l. 4. C. de bonis vac:* nam huic succedit fiscus, sed cum onere æris alieni, *l. 11. l. 17. ff. de jure fisci. l. un. C. pœnis fiscalibus creditores præferri, ubi ratio.* Sed quæritur hîc, an ipso jure deferantur bona vacantia, an v. opus sit agnitione, & prius in hâc materia tuentur *Peregrinus de jure fisci lib. 4. tit. 3. n. 22, & justus Mejer in tit. de jure fisci Th. 8. n. 8.* Licet

D

aliud.

aliud esset, si jure hæreditario succederet, *peregrinus d. l.* Reperiuntur v. in jure certæ personæ, quæ deficientibus alijs heredibus fisco præferuntur, ut 1: socius in re sibi, & socio ab Imperatore donata, socio intestatò defuncto sine legitimo herede *l. un. C. si liberalitatis Imperialis socius sine herede deceserit* 2: Ecclesia in bonis Clerici intestati defuncti nullum habentis consanguineum, *l. si quis presbyter 20. C. de Episc. & Cler.* 3. Collegia licita Universitatis & confraternitates defuncto Collegâ &c. excluso fisco in bonis ejus succedunt *per l. 1. & t. t. C. de hereditatibus decurionum &c.* de quibus & alijs casibus agit *Peregrinus d. tit. 3. n. 8. & seqq.*

f: Ad Regalia porrò pertinet dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi, non datâ operâ, vel loco Religioso: si v. data opera, totus ad Cæsarem pertinet *per d. c. un. quæ sint Regalia.* Est autem thesaurus vetus quædam depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ita, ut ea amplius dominum non habeat *l. nunquam 31. §. 1. ff. de acquir. r. dom. l. un. §. 1. C. de Thesauro.* Sed quod de loco Religioso dictum, id jure Can. non obtinere volunt; Nam cum Religiosa loca sint in dominio Ecclesiæ cap: Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. X. de constitut. media autem pars thesauri inventi Dominis loci debetur, eadem tantundem sibi vindicare potest, quia hujus non est deterior conditio, quàm privati. *Peregrinus de jure fisci lib. 4. tit. 2. n. 7. Schneidew. ad. §. thesauros instit. de Rerum Divisione n. 9.* Ideoq; totum illud jus de thesauris in loco Religioso inventis eversum esse videtur, secundum *Arniseum de jur. Maj. min. c. 6, n. 24.* quem sequitur *Bened. Carpz. d. Diss. Th. 88.*

X. Regalia minora ea, quæ delictum ad perceptionem præsupponunt, sunt potissimum hæc, ut jus puniendi delictum in viâ publicâ (a), jus mulctandi (b), vindicandi bona, quæ indignis auferuntur (c), & bona contrahentium nuptias incestas (d), bona damnatorum & proscriptorum (e), & committentium crimen læsæ Majestatis (f).

a: Viarum publicarum jura ad ordinarios fisci proven-
tus retulimus, sed hîc viam publicam ratione jurisdictionis
crimi-

criminalis confideramus. Cum enim Imperatori & alijs superiorem non recognoscentibus, nec non Ducibus, Marchionibus, alijsq; qui Viam publicam concessione vel præscriptione habent, incumbat, ut ea curent, quæ ad securitatem viarum publicarum spectant, quò videlicet à malis hominibus purgentur, & ne à latronibus, plagiarijs, prædonibus & furibus infestentur, *l. congruit ff. de offic. præsid. l. 1. §. quies quoq; popularium 12. ff. de offic. præfect. urbis l. ult. §. pro limitaneis §. C. de offic. præf. præf. Afr.* & cum Principes manu regia vias publicas securas & purgatas latronibus, suis sumptibus teneant, *l. 3. §. d. l. congruit ff. de Offic. præsid.* Ideoq; ex eâ causâ jurisdictionem Principi competere sequitur *Thomas Michaël de jurisd. Imperij Rom. Concl. 50.* Quem laudat *Bened. Carpz. d. l. Th. 51.* Unde homicidio in viâ publicâ vel alio crimine commisso, quamvis *Rosenthal de feudis c. 5. concl. 21. lit. B. §. alij ab ipso citati* jurisdictionem tribuant Magistratui Ordinario jurisdictionem ibidem habenti in territorio, probabilior tamen est sententia, jurisdictionem in viâ publicâ competere Principi, quam tuentur *Sixtin. lib. 2. de Regal. cap. 2. n. 16. Zang. de Excep. part. 2. cap. 1. n. 241. Schreidewin de feudis parte. 2. n. 102.* & hos aliosq; laudans *Carpzovius parte 3. præf. Crim. quest. 110. n. 41.* Verùm in terris Electoratus Saxonici per constitutionem *Georgij, Ducis Saxon. Anno 1506. promulgatam, & Anno 1600. confirmatam & repetitam* prior sententia fuit approbata, quæ procul dubio in favorem Magistratuum à Principe promulgata fuit, cujus verba refert *Zang. d. c. 1. n. 144.* Et brevius *Carpzovius d. q. 110, n. 44.*

b Quid inter mulctam & pœnam intersit, docet *Jctus in. l. aliud fraus 131. §. 1. & in l. antepen. ff. de V. S.* Cui competat jus pœnam infligendi dicitur *in tit. de pœnis & in d. l. 130.* Mulctandi jus cui competat, dicitur *in tit. C. de modo mulctarum;* Sed hîc compendia mulctarum & pœnarum ad Regalia referimus. De mulctis habemus *expressum textum in l. 5. C. de modo mulctarum,* ubi dicitur, quod mulctarum severa compendia Aërario Principi protinus sint quærenda, nisi ipse judex id, quod ad pœnam admisi facinoris exculpatur, vel publicis

operibus, vel cursui publico, vel alijs necessarijs specialiter deputaverit. Sed de pœnarum compendijs res videtur dubia. Nos cum *M. Antonio Peregrino de jure fisci lib. 4. tit. 8. n. 4. & seqq.* ita hanc rem resolvimus; Si lex pœnam applicet parti, ut in *l. Lege Corneliâ 25. §. ult. ff. de SCto Silan. l. fin. ff. de litig.* aut det actionem etiam popularem, licet non exprimat, cui det actionem, his inquam casibus pœna regulariter applicanda est parti, per *l. 12. ff. de V. S. l. 3. pr. de Sepulchro violato*; Si v. Lex det accusationem criminalem, quod etiam ex delicti naturâ colligitur, pœna applicando fisco *l. locatio 9. §. quod illicitè 5. ff. de publicanis*, & multò magis, si ipsa Lex fisco pœnam applicandam esse dicat. Sanè hodiernâ consuetudine omnium ferè locorum in Germaniâ, quicquid pœnarum mulctarumq; loco colligitur, est de fructibus jurisdictionis. *Wesemb. ad Rubr. Codic. de modo Mulctarum n. 6. Matth. Steph. de jurisdic. lib. 2. part. 1. c. 7. membro 1. n. 240. & Bened. Carpz. d. Diss. Th. 67. & in jurisprudentiâ suâ Forensi parte 4. Const. 10. def. 9.* Crederem tamen à Superiori hæc mulctarum compendia non aliter, quàm ob utilitatem publicam inferioribus Magistratib9 fuisse concessa, atq; ideo ab eisdem non in privatam utilitatem, sed Reip. commodum convertenda esse.

c: Indigni sunt, qui aliquid ex defuncti hereditate capere possunt, & capiunt, sed quod acceperunt, retinere nequeunt, quod lex eos indignos judicet, *vid. Georg. Schulz in d. c. 7 Synops. feud. n. 162.* & horum portiones non nisi expresse id à Lege dictum, fisco applicari vult. *Peregrinus de jure fisci lib. 2. tit. 2. n. 2.* ex cujus allegatis apparet, hanc receptiorem esse sententiam, licet alii sec9 dicant, pro quibus facit *d. c. un. quæ sint Regalia*, ibi, *nisi quæ specialiter*. Sanè rectè *Georg. Schulz ex Bocerio de Regal. c. 3. n. 39.* distingvit inter incapaces & indignos, ut illis relicta pro non scriptis habeantur, & penes heredem maneant, hæc v. fisco adquirantur. Sed quò verba referem9, quæ in *d. c. un.* reperiuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur. Communiter *Dd.* ea verba referunt ad eos casus, in quibus bona indignorum fiscus non adimit, v. g. si testamentarius

rius

rius tutor recuset subire onus tutelæ, tunc indignus quidem est legato, quod ei à pupilli parente relictum est, ipsum tamen legatum non fisco, sed ipsi pupillo conceditur *l. post legatum 5. §. amittere 2. ff. de his, quæ ut indignis auferuntur.* Item, si inter hæredem & legatarium capitales inimicitia ortæ, *l. si inimicitia 9. pr. d. r.* vel si palàm & apertè testatori legatarius maledixerit *d. l. 9. §. 1. & 2.* Item, cum legatarius celavit testamentum *l. pen. C. de Legalis.* Item, si liberi aut parentes, agnati aut cognati, vel etiam extranei heredes in redemptione captivi testatoris negligentes se præbuerint, his n. si heredes nihilominus scripti sint, successio, tanquam indignis denegatur, nec tamen fisco debetur, sed Ecclesiæ ejus civitatis, ut eã hereditatem conferat & expendat in redemptionem captivorum *Nov. 115. c. 3. de quibus & aliis casibus agunt Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. membro 1. n. 93. & seqq. Bocerus de Regal. c. 3. n. 52. Bened. Carp. d. Disp. th. 77. & alii ab his allegati.*

d: De incestarum nuptiarum poenâ, quæ hîc habentur, non in genere de omnibus nuptiis prohibitis seu inutilibus, sed in specie de incestis nuptiis intelligimus, quam communem sententiam esse ex Sixtino testatur *Bened. Carp. d. l. th. 80.* incestas a. nuptias intelligimus, quæ ob sanguinis conjunctionem vel affinitatem jure nostro Civili prohibentur *l. fin. ff. de ritu nupt.* Sed Justinianus id ita temperavit, ut bona incestuosorum legitimis liberis usque ad tertium gradum relinquuntur, aut illis deficientibus eorum parentibus usque ad secundum gradum, & his etiam non extantibus, fratri, Sorori, patruo, amitæ tribuantur, his a. omnibus deficientibus fisco inferantur *per l. si quis incesti 6. C. de incest. nupt. Nov. 12. §. 1. & 2. Auth. incestis C. de incesti Nupt.* Sed quid, si aliquis sponsalia incesta contrahat, anne ejus bona statim fisco adquiruntur? cum hîc Imperator nuptiarum mentionem faciat, rectè exinde colligunt, incesta sponsalia hîc non intelligi. *Schneidew. ad tit. de nupt. parte 3. in fin. quem sequitur Bened. Carp. d. Disp. 80.* quamvis a. nonnulli etiam sponsalia de præsenticontrahentem iisdem poenis dignum judicent, non possumus tamè iis calcu-

lum nostrum addere. Nam communiter receptum est, copu-
lâ carnali non subsecutâ, pœnas incestarum nuptiarum locum
non habere, cum incestus non sit, nisi abusus eorum, qui con-
sanguinei sunt vel affines, de quâ communi sententiâ atte-
stantur *Julius Clarus lib. 5. §. incestus n. 7. Bened. Carpz. in pract.
Crim. parte 2. quest. 74. n. 92.* quæ etiam approbata videtur in *Or-
dinat. Eccles. Saxon. in tit. von Ehesachen Rubr., welche Perso-
nen sich in Ehe-Gelöbnuß / §. wie nun denen / ibi und da sie sich
hierüber fleischlich vermischet* & *parte 4. constit. Augusti Elect. 24.
constit. Augusti Elect. 24.* Ex quo sequitur, pœnam etiam hanc an-
te concubitum locum non habere.

e: *per t. t. ff. § C. de bonis damnatorum § proscriptorum.*
Sed hæc confiscatio bonorum à Justiniano in *Nov. 134. c. fin.*
restricta, nam Liberi & Parentes usque ad tertium gradum fi-
scum excludunt. Quamvis a. d. *Nov. transversalium* nullam
faciat mentionem, communiter tamen à Dd. traditum est, etiam
collaterales ad bona damnatorum admitti. Quod & vult *Auth.
bona damnatorum C. de bonis proscript.* Et hanc sententiam am-
plectuntur *Dd. allegati à Georg. Schulzen d. l. n. 68. § Clarus §.
fin. quest. 78.* in confiscatione a. non veniunt, quæ in extraneum
heredem non transeunt, *Gail. de pace publ. l. 2. c. 14. n. 3. Matth.
Steph. d. c. 7. memb. 1. n. 158.* sic feuda antiqua in confiscationem
bonorum non veniunt, quam communem sententiam esse te-
statur *Gail. d. l. n. 1.* quæ sententia etiam probata in *Ord. Cam, Imp,
parte 2. tit. 9. §. 2.* Sic bona extra familiam alienari prohibita
in confiscationem non veniunt. *Steph. d. l. n. 62.* nec Emphyteu-
tica bona, quæ quis habet ab Ecclesiâ, *Gail. d. l. n. 16.* Sed de
consuetudine hodie publicationem bonorum non habere lo-
cum tradunt, nisi in crimine læsæ Majestatis, & hæreseos *Cl-
rus § fin. quest. 78 Matth. Steph. d. l. n. 170.* Idque placuit *Imp.
Car. 5. Constit. crim. art. 218. c. un. d. t. que sint Regalia. Aurea
Bulla Car. quarti, tit. 24. princ. Constit. crim. Car. 5. art. 218.*
Cum a. crimen læsæ Majestatis duplici modo committatur, i. si
quis civis Romanus animo hostili erga rep. affectus, vel ad-
versus Imperatoris vitam quid machinetur, vel Imperii Roma-
ni for-

ni formam labefactare atque evertere conetur, quod proprie crimen perduellionis vocatur, *l. fin. vers. sed qui perduellionis, ff. ad L. jul. Majest. secundo* si quis non hostili animo Majestatem, vel Imperium Romanum laedat, quod crimen Majestatis simplex vocatur, cujus criminis exempla Dd. ex LL. passim ponunt, ideoque quaeritur, an utriusque criminis poena inter alias etiam sit confiscatio bonorum? & communior, aequiorque & verior est decisio negativa, quod sc. prius crimen confiscationem tantum mereatur, quam defendunt *Dd. allegati à Farinacio part. 12. oper. crim. quest. 116. §., n. 23. & 24.* & praeter eos *Georg. Schulz d. l. n. 171.* testans de communi.

XI. Acquiruntur a. Regalia ab inferioribus vel concessione (a) vel praescriptione (b).

(a) concedere Imperatorem posse regalia, nemini est dubium, modò ea res in magnum Imperii detrimentum non vergat *c. intellecto 33. X. de jure jurando*. Ex quo intelligere licet, non posse Imperatorem omnia Regalia simpliciter alicui concedere, cum ea concessio potius pro alienatione sit habenda: Et Populus ea jura omnia s. universa Principi concessit, non ut ea pro lubitu aliis conferat, sed ad Reipubl. utilitatem iis utatur, conferatur *Rosenthal. de feudis cap. 5. conclus. 11.* ex quo etiam sequitur illud, non ita ut in caeteris beneficiis fieri solet *l. ult. ff. de const. Princip.* hic observari, nam concessio regalium strictè interpretanda est, *Carpz. d. disp. d. 119.* adeoque concessis quibusdam Regalibus caetera concessa non intelliguntur *Bocerus de Regalibus cap. 4. n. 9.* quem sequitur *Georgius Schulz d. c. 7. n. 20.* adeò, ut licet clausula addita, quod omnia & quaecunque alia Regalia concessa sint, non tamen simpliciter omnia, sed quaecumque expressis eandem habent rationem, intelligenda sint *p. l. ult. §. ff. de Tritico, vino, vel oleo leg. Boc. d. c. 4. n. 8.* quem sequitur *Georg. Schulz d. c. 7. n. 21.* qui rectè etiam *n. 23.* subjicit, concessio alicui castro, urbe aut provincià cù omni jurisdictione, mixto & mero imperio, Regalia concessa non videri, nec cum Imperator alicui Ducatum, Marchionatum, aut cum omnibus pertinentiis, nisi nulla alia jura Imp. ibidem habent, quam Regalia

galia, ut limitat. *Georg. Schultz d. l. n. 25. cum Rosenthal cap. 5 con-*
cl. 14, n. 5. sed velim scire casum, quæ huc limitatio locum habe
at. Dicendum igitur fortè erit, hanc limitationem tum locum
habere, quando Imperator non Ducatum, sed Jura sua sibi in Du-
catu competentia alicui in feudum concedat. Nam si Duca-
tum concedat, necesse est, alia Jura propter Regalia ipsi compe-
tere. Concessio verò ista Regalium fit vel ordinariè per inve-
stituram, vel per privilegium *Carpz. dicta disp. th. 117.*

b: Præscriptione immemoriali adquiri Regalia probatur
per cap. sup. quibusdam 26. §. præterea X. de V. S. Reichs Abscheidt
zu Augsburg de anno 1548. §. und sol unser juncto. §. seq. wenn auch
ein außgezogener etc. Et ad hanc præscriptionem s. ad ejus
probationem non requiritur scientia Imperatoris, cum hæc præ-
scriptio eandem vim habeat, quam ipsa concessio specialiter
facta *per tradita Rosenthalij de feudis. cap. 5. conclus. 16. Vultej. de*
feud. c. 9. n. 21. arg. d. c. super quibusdam §. præterea, vel ibi Canoni-
sta de V. S. l. hoc jure 3. §. ductus aquæ ff. de Aqua quotid. §. est. l.
2. ff. de aqua §. aqua pluv. 5. Quamvis universa Regalia cum
superioritate omnimodâ non posse præscribi, nisi Imperatoris
& procerum scientia accedat, velit *Rosenthal d. l.* Et hæc præ-
scriptio etiam necessaria est, si quis ea contra alium Ducem vel
Baronem præscribere velit. *Carpz. dicta disp. d. 121.*

XII. Amittere Princeps sua Regalia non potest universa, nisi
cum Dignitate (a). cæteri, qui in feudum Regalia acceperunt,
iis modis possunt amittere, quibus feudum amittitur (b) Aliàs
autem amittuntur, non usu (c) ob abusum (d) aut à Principe fa-
ctum revocationem & sim. (e)

a: Hæc enim Dignitati & Majestati Cæsareæ inseparabi-
liter sunt annexa, adeò, ut unum sine altero esse non possit.

b: Hos modos hic tractari instituti nostri non est, sed de
iis agitur *in tit. feudor. in quibus causis feudum amittatur lib. 1.*
feud. l. 23, item quæ fuit prima causa beneficij amittendi. tit. 24. §. sim.


c: Id *per l. 1. ff. de Nundinis* probant Dd. sed id ita intelligen-
dum si quis uno vel altero Regali uti noluit. Nam si ob ca-
sum, non eventem usus non sit, eò, quòd occasio utendi se
non

non obtulerit, tali casu, quia nulla negligentiae culpa non utentem imputari potest, privilegium atq; adeo Regalia non amittit, etiam si eo ultra hominum memoriam non sit usus, ut communiter concludunt Dd. teste Gailio lib. 2. obs. 60. n. 1. Citius etiam amittuntur Regalia renuntiatione Carpz. d. l. Th. 124.

d: Exemplum habemus in *Edicto Monetali de anno 1559. §. ferner als Sie auch/ §. seq. & Rec. Imp. anno. 1570. §. damit solch übermäßig. & duobus seqq. & §. und was ich & tradunt hoc Boëvius decis. 304. n. 7. & Bened. Carpz. d. Th. 124.*

e: Communiter distinguunt Dd. inter concessionem Juris factam per modum privilegij, & inter concessionem factam per modum contractus alicujus, ut illam possit Princeps revocare, non hanc, ut prolixè tractat *M. Antonius Peregrinus de jure fisci lib. 1. tit. 3. n. 19. & seqq.* Sed sine justâ causâ non facile revocaturus est Princeps etiam nudum privilegium, sed satis pro ratione instituti nostri de Regalibus dictum. Nec enim Tractatum conscribere nostrum fuit propositum. Jam receptui canimus & tribuimus.

SOLI DEO TRINUNI GLORIAM.



In Honorem Præstantissimi DN. RESPONDENTIS.

Nunc postquam jussus Mars est exire, Caballus reddetur Baldo, quo rursus, ut ante vehatur. Vos igitur, Juvenes, stimulat quos gloria Baldi, ad libros revocate gradus, & Corpus Juris prendite Cæsarei, Studium Republica vestrum postulat atque operas. Quæ Mars disjecit iniquus, In justum quæcunque locum referenda dabuntur. Stat laxis sonipes frenis, solertia spem dat, vos fore cum Baldo Sessores, Possessores.


E

De

De Feudis Herkog juvenis Vir dispicit, illa
mirificum quasata jacent. Prudentia juris
Omnia componet, si cum pietate laboret:
Si desit Pietas, fit Marte ferocior ipso.

f.
M. MARTINUS HEINSIUS.

Eccles. Franc. ad Oderam
Inspector.



SENECA

*Nunquam melius torquebis invidos, quam
Virtuti & Gloria serviendo.*

Wer zuviel auff Menschen-
Gunst
seine hoffnung pflegt zu bauen
und auff ihre Hülff zu trauen/
kriegt zu Lohne nichts als Düst.
Wenig sind empor geflogen/
weil der Wahn sie hat betrogen.
Jupiters beherzter Sohn/
jener Held auß der Alcmenen
musste sich nach Tugend sehnen/
wolt' er Ehr' und Ruhm zu Lohn/
als die ewig-wahren Gaben/
so die Tugend giebet/haben.
Wer in Gott sein Glücke stellt/
auch so wol bald in der Jugend/
als im Alter/nach der Tugend
(wie der ungestorbne Held/
der dadurch geehrt gewesen.)
strebt/wird endlich recht genesen.
Drüb/ô liebster Musen-freud/
muß du die Gedult ergreifen/
wan die Unglücks-winde pfeiffē/
und erstreiten deinen Feind.
Wirst du Irus gleich geplaget/
En! deshalb unverzaget:
Denn der Tag hat sich wol eh'
in pechschwarze Nacht verkehret/
und der Schmerken-Fluß ge-
mehret / Weh/
mit nicht schlechter Furcht und
ist doch wieder heiter worden
durch deß Fleiß beß rauhe Norden.
Dencke daß diß schöne Gut/
welchs mit unerwundnem Fleisse
uñ oft außgebrochne Schweisse:
du erarntest/ besser thut/
weder alles/ was auff Erden
mag für hoch geachtet werden.
Solches Gut kã Croes9 nicht/
wie der grosse Grosse geben/
der dir weiset recht zu leben /
und dich treulichst unterrichte.

Wol

Wol dir unser Brunnā zeigtet/
wie man frey zur Ehre steigt.

Was des weisen Berlichs
Rath/

den du willig angenommen/
und gehorsambst nachgekomen/
wie dein Zweifel dich betrat/
dir für Frucht wird künftig gebē/
wirst du bald gewiß erleben.

Laß demnach der Tugend Zier
dir in Ehr' und Spott gefallen/
und in deinem Herzen wallen:

Geiz und Hoffart werden
schier

ihren Muth gekühlet haben/
und sich selbst mit Schimff ver-
graben.

Bis anher hast du veracht
rühmlich Schlangen: arge

Zungen/ (drungen.)
bist durch ihren Schwarm ge-

Dringe fort durch solche mact!
Brich nur frisch durch Dorn un
Hecken

Zu den Rosen ohne Schrecken.
Ist d' Herr dein Ruhm un
Zweck?

Ist die Tugend dein Begierne?
wirst zu lezt du doch gewinnen;
Falsche Mäuler müssen weg.

Neidhart muß wie Staub ver-
gehen / (hen.)

Gott und Tugend bleiben ste-

Halt dich dran/ so wirst du wol
jenes güldne Fell erlangen/

und mit Jason können prangen/
weil dein Lob nie sterben soll.

Ob dich zwar die Menschen
hassen/

Wird doch Gott dich nicht
verlassen.

Dieses wenige schrieb' auß wolgemeinter Affection
mit einem Hergens-vollen und guten Wun-
tsche seinem vielgeliebten Freunde zu steths-
wehrenden Ehren

Johann von Friesen.

Sic labor hic felix, & singula cepta secundet

NUMEN: plura Patris tristia fata vetant.

S O N N E T.

Zwar solt' ich dich/ mein werther Freund/ mit einem Wuntsche
grüssen /

Mit einem freuden-vollen Wuntsch: so wohn' ich aber nicht
Ben mir und meinen Sinnen jetzt/ wie sonst ein Gedicht

erfordert. O betrübte Post! Die tausent Thränen fließen/
Und Hundert-tausent noch darzu wie Ströhme sich ergiessen/

Auß meiner augen Quelle macht; weil meine Zuversicht/

Die

Die mir nechst Gott die höchste war/ eh' ichs verhofft / zers
D möcht' ich doch d Gegenwart nur einmal noch genießen! [bricht.
Ach, aber! ach! es ist umbsonst / und ich vermag nicht mir
Noch meiner Elio/wie ich soll/ gebiethen die Gebühr.
Die lasse Feder schreibt allein/ GOTT gebe das du gebest/
Nach jetzt-erlangtem grossen Ruhm/d Vater-Erde Zier :
Das matte Herze wünschet es : nur mangelt bloß allhier
Der Worte Pracht/ die reime-Kunst. Nun lebe das du lebest!

Also erwiderte des Herrn *Respond.* als seines werthen Gön-
ners und lieben Tischgesellen bezeugetes mit-lenden mit
diesem eyl-fertigen Glück-wunsche vor seinem Ab-
reisen

Wilhelm Lyser.


Wol Er/ geehrter Freund/ von Herrlichkeiten schreibt/
Und herrlich seine Sinn' an hohe Sachen treibet ;
Was die Carpozobier / Sixtinus gleicher weiß
Bocerus/ Rosenthal/ mit sonderbarem Fleiß
Von diesem aufgesetzt ; Das will Er in der Schulen/
Da alle Gratien mit allen Künsten buhlen
Kurz- deutlich legen auß. Er und diß schöne Thun
Wird über allen Meyd und ewig seyn wie Nun.
Ob nun das Glück sich möcht' etwas wild' erzeigen/
Und unverdienter Haß die klugen Geister beugen ;
So fehr' Er dennoch sich nicht an der Sternen Schein/
Weil ihm die Sonne selbst wil hold und gnädig seyn.

A. M.

TRUX ubi Mars regnat, non est nisi terror & error,
atque animos hominum mortis imago premit ;
At ubi *Justitia* & *Pacis* bona nomina surgunt,
vis animis remeat corporibusque vigor.
Fautor tu , ergo rato *Themidem* conjungito *paci*
vinclo, Sic procul hinc terror & error erit.
Hactenus evaluit *belli* *damnosa* *Ducum* *vis* :
Nunc *Pacis* vigeant *justitiaque* *Duces*.

*Fausla acclamationis ergo
properatò apponebat*

THEODORICUS à MANWJZ.



o()o

00A 6297

ULB Halle 3
002 927 276




56, f

VD 17

Retro







GIS! AC LEGUM-
MI CLEMENTIA!

estati competentium, quæ
ocari solent,

RTIO,

obilissimi Jctor, Ordinis
trice Guttulanâ,

NANTE

no atq; Excellentissimo

NE BRUN.

J. U. D. ET PP.

dicæ p. t. Decano, Præ-

e suo submisso obser-

tu æviternum

endo.

DENTE
SENZOBEN

Misnico.

tionem ad diem 6. Mart. in Fano
instituendæ proposita.

aud. tit. 55. pr. de prohibitâ
natione.

reip. curam gerere, & subjecto-
regni utilitas incorrupta persistat,
is fervetur.

I KOCHII, Acad. Typogr.

no, quo
nDIqVe fLoret! ab orbe
VsqVe parata Deo!